Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-600830-p0001-0



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-600830-p0002-6

DISPUTATIO POSTERIOR

# DE USURIS,

*Quam*

Adiuvante DEO Triuno.

*PRÆSIDE*

DN. LUCA BECKMANNO,

J. u. D. & in Academia VVitebergenſi Profeſſore Ordinario,

Ibidemq́ue Conſiſtorij Eccleſiaſtici & Scabinatus, Dicaſteriorum veró per inferiorem Luſatiam Regij, & per Saxoniam Electoralis Aſſeſſoris.

Publici exercitij gratia

*Diſcutiendam proponit,*

PETRUS MEIER, Hervord: VVeſtphal.

*Ad diem 14. Octob. horis matutinis in auditorio Iureconſultorum.*

---

VVITEBERGÆ

Typis Cratonianis, per Johan Gorman. Anno 1608.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-600830-p0003-1

*Ampliſſimo, Clariſſimo & Conſultiſſimo*
*VIRO,*

DN. BARTOLDO FRONEN,
J. U. D. eximio, & Illuſtris Generoſique
DN. SIMONIS, Comitis â Lippen
Conſiliario fideliſſimo:

*NEC NON*

*Clariſſimo & Excellentiſſimo Viro*

DN. SYLVESTRO PRYBEN,
Philoſopho celeberrimo, & Gymnaſij
Lemgovienſis Moderatori &
Rectori digniſſimo:

*Amicis & Fautoribus ſuis haſce Legales*
*poſitiones*

Conſecrat ac dedicat

PETRUS MEIER.

# THESIS. I.

LIcet difficile ſit, quæ inveterata jam conſuetudine ſunt introducta; & certam ſemel Imperatoria conſtitutione acceperunt interpretationem ac determinationem; in dubium vocare: tamen cum præcedenti diſputatione de Uſurarū definitione, diſtributione, & cauſis quædam ſint propoſita: nunc de earundem modo, & alijs quibuſdam, de quibus circa eum dubitatur: quo modo itidem Uſuræ tollantur, ac deberi deſinant, quædam videnda erunt.

## II.

Modus uſurarum ex centeſima, quæ olim uſitatiſſima fuit, tanquam ex aſſe ineundus erat, (a) quam dico, cum annuatim duodecim in centū præſtantur, (b) ita appellata, quod centeſima ſortis pars ſit uſura unius menſis, (c) vel quod duodecimo menſe ſortem æquet, (d) quorum tamen utrumque in effectu in idem recidit (e)

(a) *l. ſine 38. D. de neg. geſt. l. ſi pro mutua 8. c. ſi cert. petatur. l. 4. §. fin. D. de naut. fœn. l. tutor 27. §. idem ſolent 8. l. non exiſtimo 54. D. de admin. & pericul. tutor. Paul. lib. 2. ſent. tit. 14. § 2. & 4. & ibi Cujac. Donell. de uſur. c. 4. Borch. c. 4. n. 3. & ſeq. Carol. Molin. de uſur. quæſt. 76. n, 588. Gregor. Tholoſ. lib. 2. de uſur. c. 5. n. 2. & 14. cum ſeqq.*

(b) *l. lecta 40. D. de reb. cred. Theophil. in § plus autem Inſtit. de actionib. & in § ſed & quod princip. 6. Inſtit. de Iure*

*Natur. Gent. & Civ. Harmen 3. epit. 7. Borcholt. c. 4. de uſur. n. 4. Diß. Conrard tr. de contractib. quæſt. 22. Cat. Cott. in memorab. verbo Uſuræ trientes.*

*(c) Domin. Sot. lib. 6. quæſt. 1. art. 1. column. 9 in verbo. Unde uſura centeßma. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. c. 9. n. 6. Iacob. Curt. lib. 3. conjectur. c. 29. Navarr. in ſuo manuali c. 17 n. 208. Petrus Mi dan l. 2. de mand. judic. c. 73. n. 2.*

*(d) Port. lib. 2. de monet. Alciat. lib. 3. diſput. c. 1. Corna, 7. comm. 1. n. 12. Petr. Binsfeld. in c. quia in omnibus, extra de uſur. quæſt 4. concluſ. . Carol. Molin. de uſur. n. 48. Gregor. Tholoſ. de uſur lib. 2. c. 5. n. 6. & alij quos videre licet apud Alphon. Villag. à Neapol. tr. de uſur. quæſt. 7. n. 5.*

*(e) Goedd. de contrah. & committ. ſtipulat. c. 8. concluſ. 2. n. 60.*

## III.

Nam utriſque tàm negociatoribus, quàm minimè negociantibus, Iuſtinianus centeſimam uſuram concedit accipere, certis quibuſdam in caſibus, videlicet: ſi quis poſt rem judicatam *(a)* communemve domum refectam ultra quadrimeſtres inducias moram nectit *(b)* in credito rerum fungibilium, aliarumve præter pecuniam *(c)* itemque in trajectitia pecunia *(d)*

*(a) l. 1. 2. & 3. C. de uſur. rei judic. arg. l. ſi prætor 75. D. de judicijs. l. ſervum invito 65. § cum prætor D. ad SCtum. Trebellianum. Donell. cap. 4. de uſur. pag. 21. Gregor. Tholoſ. de uſur. lib. 2 cap. 5. n. 13. Cujac. in parat. C. de uſur. pupill. Andr. Rauchbar part. 2. illuſtr. quæſt. 26. n. 26.*

*(b) l. ſi proponas 4. & arg. l. 8. Cod. de ædific. privat. l. ſi fratres alias. l. cum duob. 52. § idem reſpondit ſocius 18. D. pro ſocio. arg. l. ad curatoris 46. D. de damno infecto. l. præſes provinciæ 7. D. de officio præſidis. Gregor. Tholoſ. d. cap. 5. n. 14 Hoſtien in ſumma tit. de uſur. n. 7. Cæpellæ de S. U. P. cap. 59 de refectione. Diß. Carol. Molin. de uſur. n. 57.*

(c) l. 16.

*(c) l. 16. l. 17. l. 23. l. 28. § 1. v. in trajectitiis autem C. de uſur. Nov. 32. & ſeq. Cujac. . obſ. 35. Borcholt. de uſur. cap. 3. n. 4. & n. 22. & ſeq. Petr. Friderus Mindan. lib. 2. de mandat. judic. cap. 73. n. 2. Donell. cap. 4. de uſur. Herman. Vult. lib. 2. I. R. cap. 44. n. 108. Rauchb. illuſtr. quæſt. part. 1. quæſt. 20. n. 18. Diſſ. gl ſſ. in l. eos. 26. § 1. v. in trajectitiis, ad verba, vel ſpecierum. c. d. uſur. Gregor. Tholoſ. l. 2. de uſur. cap. 5. n. 10. volentes ut ſpecierum fœnori datarum uſuræ intelligantur centeſimæ, ſi ſpecies illæ traijciendæ ſint.*

*(d) l. eos qui 26. § 1. v. in trajectitiis aut. c. d. uſu. Sed an non jure noviſſimo ex Nov. 160. ſtipulando centeſima in trajectitia pecunia ſuperari poterit? & hoc negamus per Nov. 110. ut Cujac. admonet ad d. Nov 160. & Greg. Tholoſ. lib 2 de uſur. cap. 5. n. 7.*

## IV.

Quibus an rectè adjici poſſit aut debeat, ſi quis pecuniam ejus, cujus negotium geſſit, clam in proprios uſus converterit: itemque an Tutores pecuniam pupillarem non fœnerantes, nec in emptionem prædiorum collocantes, ſed in uſus ſuos convertentes, uſuras centeſimas præſtare teneantur, à nonnullis in dubium vocatur? communiter Dd. affirmant, quibus ſubſcribo.

*L. qui ſine 38. D. de negoc. geſtis. l. tutor. 7. § pecuniæ 4. l. non exiſtimo 54. D. de adminiſt. & pericul. tutor. l. 3. C. arbitri. tutelæ. l. 1. C. de uſur. pupill. & ibi Accurſius. Carol. Molin. de uſur. n. 57. & quæſt. 76. n. 588. Ioh. Borcholt. de uſur. c. 4. n. 23. Donell. de uſur. cap. 2. & 4. Briſſon lib. 3. antiquitat. cap. 1. Gregor. Tholoſ. lib. 2. de uſur. cap. 5. n. 14. Diſſ. Gothefr. ad l. 1. C. de uſur. pupill. & Hottom. de uſur. lib. 1. cap. 7. fol. 84. & Cujac. in parat. C. de uſur. pupill. Rauchbar. illuſtr. quæſt. part. 2. quæſt. 26. n. 28. cum ſeqq. noviſſimè Anton. Hering. d. Fidejuſſorib. c. 24. n. 253. cum ſeqq.*

# V.

Præterea an idem obtineat in Antichriſi expreſſa: id eſt, utrum mutuanti liceat recipere pignus à mutuatario, illud detinendo, ejuſque fructus non computando in ſortem, donec ſoluta fuerit pecunia mutuata, nullo habito reſpectu ad intereſſe lucri ceſſantis vel damni emergentis, vel pœnæ conventionalis, acerrimè confligunt Interpretes? nos in hâc nodoſa & intricata quæſtione urgentibus legum textibus, in affirmativam procliviores ſumus.

*L. ſi is qui 11 § 11. D. de pignor. l. ſi pecun. 33. D. de pignor. action. l. per retent. pign. 14. l. ſi ea pactione 14. l. ſi ea lege 17. l. oleo. 25. C. de uſur. l. ſervus 6. C. quod cum eo. arg. l. ex conducto. 15. §. ſi uno 4. D. locati. l. licet 8. C. eod. Cujac. 3. obſ. 35. & 8. obſ. 17. Carol Molin. de uſur. n. 259. cum ſeqq. Borch. de uſur. cap. 6. Mynſing. cent. 6 obſ. 71. Andr. Gail. lib. 2. pract. obſerv. 3. Weſenbec. conſil. 8. n. 44. Rauchbar. illuſtr. quæſt. part. 1. quæſt. 20. Gregor. Tholoſan. de uſur. lib 2. cap. 10. n. 7. Bronchorſt. cent. 2. aſſert. 71. Tyraq. in L. Si unquam c. de revoc. donation. verbo donatione largitus. n. 131 & retractandis de conventionib. ad fin. tituli n. 131. & hoc æquius melius eſſe refert in cauſa quadã Adrian. Grylman. Supplic. Came. Imper. Tom. 4. part. 1. Vot. 41. n. 50. & ſeqq. Diſſent. Petr. Binsfeld. in cap. pr. extra de uſur. quæſt. 1 Alphon. Villag. à Neapol. quæſt. 21. Donell. cap. 4. de uſur. pag. 23. & cap. 3. de pignor. f. 155.*

# VI.

Nec magnoperè movemur, quod de jure Canonico hunc contractum prohibitum, & non permiſſum contendunt (a) cum conſuetudo, qua etiam hic contractus eſt receptus (b) omnem contractum corroboret, & ab omni ſpecie illiciti alienum reddat. (c)

(a) *Alphon. Villag. d. quæſt. 21. Neguzan. de pignor. in*

ſ. mem-

*5. membro 5. partis n. 10. Sebaſt. Medices in tr. de compenſat. part. 1. quæſt. 9. n. 9. Franciſ. Duar. de uſur. c. 1. & 3.*
*(b) Weſenb. conſil. 8. n. 44. ubi ait: Antichriſeos contractum conſuetudine jam eſſe receptum, & pro uſurario non habendum. Mynſing. cent. 6. obſ. 71. Adrian. Gylmann. Tom. 4. part. 1. Supplicat. Cam. Imperial. vot. 41. n. 54.*
*(c) Tiraquell. de retractan. convent. in f. n. 129. Bartolus in l. nemo D. de duobus reis. Anton. Gabriel. Roman. lib. 6. commun. concluſ. in tit. de conſuetud. concluſ. 1. Petr. Binsfeld. in cap. in civitate extra. de uſur. quæſt. 13. concluſ. 8. ratione 5. Andr Rauchbar. part. 2. illuſtr. quæſt. 25. n. 87. Andr. Gail. 2. obſerv. 9. in fin.*

## VII.

Sed fortaſſis hoc loco non inconveniens movetur quæſtio? an liceat genero, ratione dotis, ſibi non ſolutæ, à ſuo ſocero, vel ejus hæredibus, ſuſtinendo onera matrimonij, tuta conſcientia; uſurarũ nomine ultra modum Iuſtiniani conſtitutione præſcriptum, quid accipere? & hoc omni jure permiſſum putant; dummodo illa quantitas commenſuretur, cùm verò intereſſe mariti, nec ejus onera excedat, *(a)* & hoc non ſolùm procedere putamus in genero, ſed in quocunqne marito, cui dos eſſet promiſſa à propinquis uxoris, vel etiam extraneis: propterea ut maritus uxorem aleret, & facilius onera matrimonij ſuſtineret. Nam tunc maritus, præſtans alimenta uxori, negocium gerit re ipſa pertinens ad dotis promiſſorem. *(b)*

*(a) cap. ſalubriter, extra de uſur. & ibi Petr. Binsfeld. concluſ. 3. & ſeq. & cap. fin. n. 3. Lælius Zech. de uſur. cap. 5. n. 3. & ſeqq. Greg. Tholoſ. lib. 2. de uſur. cap. 12. Alphon. Villag. à Neapol. quæſt. 22. Covarr lib. 3. variar. reſolut. c. 1. Cacheran. Deciſ. Pedemont. 131. n. 1.*
*(b) l. inſulam 42 § uſuras 2. & ibi Bartol. & Dd. D. ſoluto matrimon. l. fin. § præterea C. de jure dotium. arg. l. ſi pu-*

pilli

*pilli 6 § quid ergo 11. l. Neſennius 34. D. de neg. geſt. Surdus conſil. 269. n. 1. l. 2. Zanger. tr. de except. par. . cap. 25 n. 69 cum ſeqq. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 1. poſt. n. 3. v. hinc primo apparet. Navarr. in commen. de uſur. notab. 3. n. 66.*

VIII.

Unde apparet, maritum onera matrimonij non ſuſtinentem, nec uxorem alentem, nequicquam dari ſibi poſtulare poſſe, ob dilatam dotem (a) nec heredes mariti, exactitionem uſurarum habere putamus, ſi maritus per integrum tempus durantis matrimonij uſuras dotis ab ipſa uxore promiſſæ non exegerit (b) itidemque ceſsionarium repellendum dicimus, ſi is, qui Titio dotem promiſerat in mora ejus ſolvendæ fuerit, propterea que Titius eam tertio ceſſerit; cum Titius illa perſona ſit, per quam illæ uſuræ tanquam intereſſe peti poſſint (c)

(a) *l. Dotis fructus 7. l. cum poſt 69. § in domum. l. quamvis 75. D. de jure Dotium. l. pro onerib. 20. C. eod. l. pater pro filia 20. D. de in rem verſo. l. pater pro filia 17. in pr. D. de doli mali & metus except. l. ſi ante 6. D. ſolut. matrim. 1 Alphon. Villag. d. quæſt. 22. concluſ. 4. Domin. Sot. lib. 6 de I. & I. n. 2. art. 2.*

(b) *l. Vir uſuras 54. D. de donat. inter vir. & ux. arg. l. cum oportet 6. § non autem v ſin autem C. de bon. quæ liberis. Henning. Gœden. conſil. 109. n. 144. v. tertia vero. Boer. deciſ. 196. n. 4. Ioan. Zang d. cap. 25. n. 71.*

(c) *l. licitatio & l. fin. D. de public. in rem act. Goden. conſ. 109. n. 111. Matthias de Afflictis deciſ. 91. Bartol in Rubr. C. de uſur. quæſt. 1.*

IX.

An autem lege vel conſuetudine aliqua introduci poſſit, ut ſuprà uſurarum modum viduæ, pro dote non reſtituta, in eventum ſoluti matrimonij, debeantur decem pro centenario in ſingulos annos, diſceptant Interpretes? & licet

multi

multi hoc negent, volentes, uxori nihil hoc in caſu deberi, quod onera matrimonij non ſuſtineat: eo tamen non obſtante, conſuetudinem eam tolerandam, aſſerimus (a): eamque tota etiam die per Electoratum & Ducatum Saxoniæ obſervari, Dd. atteſtantur (b)

*(a) Matth. de Afflict. Deciſ. 284. Suaretz. in lib. recept. ſent. in verbo uſuræ, n. 78. Conrard. de contract. quæſt. 35. concluſ. 11. & 12. Didac. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. c. 1. Petr. Binsfeld. in cap. ſalubriter, extra de uſuris, quæſt. unica, concluſ. 9. Diſſentientes vide ap. Gregor. Tholoſ. de uſur. l. 2. cap. 2. Alphon. Villag. à. Neapol. quæſt. 22. Petr. Heig. ad § eſt & aliud Inſtit. de Donat. n. 18.*

*(b) Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 79. Hartman. Piſtor. part. 1. quæſt. 41.*

X.

Ordinationes verò Imperij, quod attinet, hac noſtra tempeſtate, noviſſimo ejuſdem jure, non tantum conſtitutionibus Impp. à Maximiliano & Carolo V. verum etiam Electoribus promulgatis, hic uſurarum modus eſt conſtitutus: ut uſuræ quincunces, id eſt, quinque duntaxat in centum annuatim ſolvantur (a) adeo ut non modo non mandentur executioni inſtrumenta, uſuras majores continentia; ſed etiam quarta pars ſortis, vigore illarum ordinationum in commiſſum cadat (b)

*(a) vid.* Des Reichs Abſchiedt *de Anno 1500, 1530, 1548, 1577 ſub tit.* Von Wucherlichen Contracten/ *& ordinat. provincial. Saxonicam tit.* Vom Wucher vnnd Wucherern / *Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 70. Petr. Frid. Mind. lib. 2. mandat. judic. c. 73. n. 3. Zang. tr. de except. part. 3. cap. 25. n. 24.*

*(b) dd. conſtitutionib. Gœdd de contrah. & committ. ſtipulat. c. 6. concluſ. 1. n. 19. Andr. Gail. lib. 2 practic. obſerv. 4. n.*

*1. & obſ. 5. n. 6. Gregor. Tholoſ. lib. 3. de uſur. c. 19. n. 9. ſimiliter & in quadruplum olim mulctabantur, qui legitimum uſurarum modum exceſſiſſe probabantur. l. 2. c. Theodoſ. de uſur. Hottom. de uſur. pag. 56. & Ioann. Borcholt. de uſur. cap. 5. n. 1.*

XI.

Iuſtiniani verò conſtitutio de uſuris, in hanc fermè exſtat ſententiam: ut illuſtribus perſonis ad tertiam duntaxat partem centeſimæ, uſuras ſtipulari & exigere liceat, id eſt, trientem uſuram; cæteris verò, ſiquidem mercaturam exerceant beſſes uſuras concedit, quia illorum magis intereſt: ſi mercatores non ſint, permittit eis ſemiſſes, id eſt, dimidiæ centeſimæ partem (a) ita tamen: ut Eccleſia cuicunque creditori, quadrantes tantum uſuras non majores ſolvat. (b) Agricolæ verò non ultra trientem uſurarum nomine pendant. (c).

*(a) l. eos 26. c. de uſur. Weſenb. in parat. D. eod. n. 10. Petr. Fridericus Mindan. lib. 2. de mandat. judic. c. 7. n. 2. Borcholt. c. 4. de uſur. n. 17. & ſeqq. & n. 25. in f. Donell. tr. de uſur. cap. 4 pag. 24. v. extat Duar. c. 3. de uſur.*

*(b) Novell. 7. & ibi Cujac.*

*(c) Novell. 130. Cujac. 3. obſ. 35. Petr. Frid. Mindan. d. lib. 2. c. 72. n. 2.*

XII.

An autem conſtitutiones imperij vel Iuſtiniani permiſſivæ certum uſurarum numerum, pertineant ad contractus ante eaſdem noviter promulgatas celebratos; & inprimis ad lites ante tempus earundem, nondum definitivè deciſas, ſed adhuc pendentes, retrahantur, ita ut pro ijs, reus etiam ad uſurarum modum, prædictarum conſtitutionum condemnari debeat? & licet certum ſit, quod aliàs leges non ad præterita trahantur, ſed futuris negocijs formam ſive normam præſcribant

ſcribant (a) adeò ut ne quidem pœna legis novæ gravior, ad delicta prius patrata extendi debeat (b) placet tamen hoc in caſu ſanctiones ad negocia pendentia, nondum tamen deciſa revocandas eſſe (c)

(a) C. cognoſcentes. 2. & c. fin. extra de conſtitut. l. leges 3. in verbo, in poſterum. l. leges 7. C. de ll. l. 65. C. de decurionib. l. jubemus 29. v. quæ in poſterum. C. de teſtam. l. uni. § fin. C. de caduc. tollend. l. 18. in fin. c. d. SS. Eccleſijs. Moller. lib. 3. ſemeſtr. c. 30. n. 4, inf. Gœdd. ad l. 8. n. 6. & 7. D. de V. S Andr. Gail. lib. 2. obſ. 9.

(b) l. 1. l. 11. l. hodie. 13. l. interpretatione 42. D. d. pœnis l. in omnib. 90. l. factum. 155. § fin. D. de R. I. l. injuriarũ 21. D. de injur. l. ſi ſervum. 5. D. ſi ex noxal. cauſ. agit. Diſſ. Connan. 1. comm. 19. n. 10.

(c) l. de uſuris. 27. in pr. C. de uſur. argum. l. fin. C. de pact. pign. Carol. Molin. de uſur. quæſt. 10. n. 142. & quæſt. 16. n. 188. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c 10. n. 86. cum ſeqq. probatur etiam ordinatione Elect. Torgenſ. de anno 1583. tit. Von Wucherlichen Contracten/ ibi Welcher geſtalt die agnata. Andr. Gail. 2. obſervatio. 9. in fin.

XIII.

Ultra modum igitur prædictarum conſtitutionum, nihil accipere cuiquã permiſſum eſt, etiamſi debitor in ſuo chirographo ſe majores præſtaturum promiſerit (a) vel juramento confirmaverit (b)

(a) l. nec ex prætorio 27. D. de R. I. l. 17. § 1. D. ad l. Falcid. l. pactum 38. D. de pactis. l. 27. in fin. D. de probat. l. 3. § 3. D. ad SCTm Macedon. l. arbitrio 19. in pr. D. de dolo malo.

(b) cap. non eſt obligator. de R. I. in ſexto. c. cum contingat 28. de jurejurando. l. non dubium 5. C. de legib. l. ſi quis inquilinos. 112 in f. D. de legat. 1. c. 7. ext. de pignor. Didac. Covarr. ad c. quamvis de pactis in ſexto §. 3. ſecundæ part. relect. 1. Zange. tr. de except. part 3. c. 25. n. 13.

XIV.

Nec uſuras uſurarum ſtipulari permittitur (a) adeò ut nec ſi ſolvantur, offerantur, aut deponantur, aut deinceps in ſortem redigantur, vel ſeorſim mutuò dentur, & ſic Anatociſmus fiat, eas exigere liceat (b) excepta tamen cauſa pupillari (c) in tantum: ut nec malæ fidei poſſeſſor, etiamſi ad omnium fructuum reſtitutionem teneatur, non ſolum perceptorum, verum etiam percipiendorum (d) ad eorum fructuum uſuras non teneatur: cum jura ejuſmodi acceſſiones acceſſionum improbent (e)

*(a) l. improbum 20. C. ex quib. cauſis infam l. ut nullo 28. C. de uſur. l. in ſortem 26 § 1. D. de condict. indebiti. l. 3. C. de uſur. & fructib. rei judic. leg. 9. in pr. D. h. t. Donell. cap. 4. v. eſt alterum legis caput. Alphon. Villagut à Neapol. de uſur. quæſt. 7. concluſ. 1. n. 13. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 72.*

*(b) l. ut nullo 28. C. de uſur. l. 2. C. de uſur. rei judic. Nov. 13. l. uſuras 20. D. h. t. Molin. de uſur. n. 602.*

*(c) arg. l. tutor ſi repertorium 7. § 12. l. 58. § 1. & 4. D. de admin. & peric. tutor. Decian. conſil. lib. 2. conſil. 59. n. 150. Molin. de uſuris quæſt. 77. n. 602. Weſenb. conſil. 72. n. 12. volum. 2. Zanger. de except. part. 3. cap. 25. n. 21. Gregor. Tholoſan. de uſur. lib. 2. cap. 3. n. 13.*

*(d) l. 10. § per hanc 19. D. de his quæ in fraud. l. 12. D. quod metus cauſ. l. 52. l. 56. D. de petit. hæriditat. l. 33. l. 62. § fin. D. de rei vindicat. l. domum. C. eod. Zaſ. ad l. 39 § fructus D. de legat. 1. n. 6. Cop. de fructib. cap. 8. n. 4. Bronch. cent. 2. aſſ. 87. Harprecht. ad §. ſi quis 36. inſtit. de rerum diviſ. n. 58 & ſeq. Vulteius lib. 1. diſcept. 20. Diſſ. Accurſius in l. ex diverſo D. de rei vindic. & Dd. communiter.*

*(e) l. 18. D. de his quib. ut indig. auffer. l. 15. & ibi gl. D. de uſuris Donell. eod. cap. 4. pag. 25. Gregor. Tholoſ. lib. 2. cap. 3.*

*cap. 3. n. 13. in f. & cap. 12. n. 9. Læl. Zecch. de uſur. cap. 5. n. 8. v. quod ſi nobilis. Peregrin. de jure fiſci lib. 6. tit. 7. n. 30. & ſeqq. Molin. d. uſur. quæſt. 21. n. 224. & noviſſimè Anton. Hering. d. fidejuſſorib. c. 4. n. 52.*

XV.

An aūt potestas ſecularis ſeu politica, æque ac ſtatus Eccleſiaſticus poſſit permittere Iudæis, ut majores juſtò uſuras exigant? Et ex noviſſimis Imperij Conſtitutionibus id negamus, licet moribus paſſim videamus contrarium receptum (a) Placet præterea, ut nec ultra determinatum uſurarum modū, in fraudem earundem pœnam quis adjicere poſſit (b)

(a) Reichs Abſchiedt *de anno 1500. tit.* Von Wücherlichen Contracten *pag. 252. & de anno 1548. tit. eod. pag. 62. Andr. Gail. lib. 2. pract. obſerv. 5. n. ult. Clar. in § uſura. n. 15. vide Marquard. de Suſann. in tr. de Iudæis & aliis infidelib. Petr. Binsfeld in cap. quanto 16. extra, de uſur. Gregor. Tholoſ. de uſur. lib. 2. c. 7. Læl. Zech. de uſur. cap. 2. Alphon. Villagut. quæſt. 11. Vide Anton. Hering. de fidjeuſſor. c. 30. n. 34. cum ſeqq. Anton. Teſſaur. deciſ. 57. Petr. Heig. part. 2. illuſt. quæſt. 1. n. 170. & ſeq.*

(b) *l. pœnam 44. D. de uſur. l. cum allegas 15. l. cum non frument. C. de uſur. l. Iulian. 13. § 26. D. de action. empt. Oldendor. conſ. 203. Gregor. Tholoſ. lib. 1. de uſur. cap. 2. in fin. Donell. cap. 4. de uſur. pag. 23. Peter Heig. Mynſing. & Dd. ad § 18. Inſtit. de inutilibus ſtipulat.*

XVI.

Verùm cum modus & quantitas legitimarum uſurarum excedatur, non tantùm per expreſſam majorum & graviorum uſurarum ſtipulationem & exactionem, verum etiam ſi quis præter uſuras vel loco uſurarum, aliud quid ſtipulatus fuerit in fraudem legitimarum, vel conſtitutionum, modū uſurarum exactioni ſtatuentium: quod quibus in caſibus

 Dd. id

Dd. id fieri contendant, paucis & in aliquibus ſaltem, diſcutiendum erit. Et initio quæritur:

*l. pecuniæ 9. in pr. l. pœnam 44. D. de uſur. l. 15. cum ſeqq. Cod. eod. l. 1. § pactum 3 D. de pign. l. nihil intereſt. 4. in pr. D. de naut. fœnor. l. ſi quis 3 § is autem 3. l. item filiusfamil. § mutui diatione 3. D. ad SCTum. Maced. l. ſi quis ſub condit. 17. D. de condit. & demonſtrat. l. 9. in pr. D. de dolo. l. 27. in f. D. de probat. cum ſimilib.*

XVII.

Si in mutui contractu convenerit inter creditorem & debitorem: ut hic præter uſuras, collectas de pecunia mutuo accepta, ſuperiori magiſtratui vel principi debitas ſolveret: itemque ut ipſum exoneraret laudemijs, angarijs, & alijs ſimilibus juribus, vigore conventionis inter ipſos initæ: & judex hac de re aditus, hujuſmodi pactionem tueri, ejuſq; nomine executionem contra debitorem decernere poſſit? & propter uſurariam pravitatem concludimus, injuſtam hanc eſſe pactionem.

*Arg. textus l. 2. & 3. & tot. tit. C. ſine cenſu & reliq. fundum compar. non poſſe. l. fin. C. de fund. rei priva. lib. 10. & ibi gl. in f. Carol. Molin. de uſur. quæſt. 6. n. 129. & quæſt. 51. n. 35. Andr. Rauchb. part. 1. illuſtr. quæſt. quæſt. 18. per totum. Ioh. Zanger. tr. de except. part. 3. cap. 25. n. 27. & ſeqq. & probatur Conſtit. Elect. Saxonica de anno 1605. ſub tit.* Von Lehn vnd andern Güttern *gl. in f.* Weichbildt *art. 48.*

XVIII.

Sicut etiam iniquus eſt contractus ſocietatis, quando pecuniam ſuſcipiens, operamque præſtans, ſubit ejuſdem periculum & damnum, ſi tanti ſit opera, quanti damnum eſt: (*a*) ita pecuniam exponens in ſocietatem, non poteſt paciſci cum negociatore vel operas præſtante, ut capitale ſemper ſalvum habeat, & lucrum commune ſit: cum talis contractus ſit uſurarius & leoninus; lucrumque inde proveniens injuſtum & reſtitutioni obnoxium (*b*)

(*a*) *l. ſi*

*(a) l. ſi non fuerint 29. §. 1. D. pro ſocio l. 4. § 4. D. eod. l. 58. in pr. § 1. D. eodem. And. Fachin. 2. centrov. 95. And. Gail. lib. 2. pract. obſ. 24. Covarr. lib. 3. varia. reſ. c. 2. Sich. ad l. 1. C. pro ſocio n. 5. Suarez. lib. recept. opinion. lit. 5. n. 126. Diſſ. Schneid. ad § de illa 2. Inſtit. pro ſocio n. 6. Petr. de Vbald. tr. de duob. fratrib. pag. 8. n. 42.*

*(b) d. l. ſi non fuerint. l. 63. D. pro ſocio. And. Gail. lib. 2. obſerv. 24. n. 3. & ſeqq. Henning. Gœd. conſil. 85. Petr. Binsfeld in c. naviganti, extra, de uſur. quæſt 8 concluſ. 1. Læl. Zecch. de uſur. c. 7. n. 4. Sot. lib. 6. de I. & I. quæſt. 6. art. 2.*

## XIX.

Sed quid ob frequentiam hujus contractus, quam vadiarionem ſive depoſitionem appellant, dicendum eſt, veluti, ſi duo aliquid ſibi invicem promittant in incertum eventum futurum, ut ſi talis eligeretur in regem, centum ſolverentur ab uno, & alteri acquirerentur *(a)*. Quid itidem de negociationis ſive contractus genere, quod ludum ollæ vel ollam fortunæ appellant, ubi quis pro exigua ſæpè pecuniæ ſumma magnam acquirit: an etiam in fraudem uſurarum hi contractus inſtituti dicendi ſint, & lucrans poſſit in judicio contra adverſarium agere, ſi ſolvere recuſaverit? *(b)* & ejuſmodi contractus non improbari putamus.

*(a) Sotus lib. 4. de Iuſt. & I. quæſt. 5. artic. 2. concluſ 4. Iulius Clar. lib. 5. receptar. ſent. juris in § ludus n. 5. Didac. Covarr. in relect. regulæ Pactum de R. I. in 6. in 2. part. § 4. Andr. Rauchbar. illuſtr. quæſt. p. 2. quæſt. 5. n. 9. Petr. Binsfeld. in c. naviganti, extra de uſur. quæſt. 5. concluſ. 2.*

*(b) c. in civitate. 6. c. naviganti fin. extra de uſur. l. à Titio 108. D. de V. O. l. nec emptio 8. § 1. D. de contrah. empt. l. 7. l. nam hoc 11. D. de hered. vel action. vend. l. ſi jactum. 12. D de act. empt. Petr. Binsfeld. in d. c. naviganti, extra de uſur. quæſt. 2. concluſ. 1. Covarr. d. loco. Diſſ. Conrard. de contract. quæſt. 71.*

Impro-

## XX.

Improbatus autem eſt ludus alearum, communiter à Dd. reputatus illicitus, & legibus damnatus: unde nec promiſsio certæ pecuniæ, hujuſmodi ludi cauſa inter ludentes facta, cenſetur licita, cum uſuraria ſit nullam, obligationem inducens, & cautio ſuper hac pecunia data, & adjecta ſtipulatio, uſurarum etiam legitimarum irrita eſt (*a*) unde ludi cauſa amiſſum; tanquam ex turpi cauſa datum, condicitur. (*b*)

*(a) l. 1. l. fin. C. de aleatorib. l. periculi pretium 5. D. de naut. fœn. Petr. Binsfeld. in c. naviganti, extra de uſur. quæſt. 3 in pr. ration. 3. & concluſ. 3. Zang. de except. p. 3. c. 25. n. 25. & ſeqq. Corſe. lib. 3. de indag. jur. c. 11.*

*(b) per l. alearum C. de aleatorib. v. commodis igitur & v. nec permittimus. l. 2. l. 3. D. eod. Chilian. Konning. de proceſſ. cap. 57. Alciat. in parerg. c. 16. Menoch. d. arbitr. judic. quæſtion. caſ. 399. & 400. Andr. Rauchb. part. 2. illuſtr. quæſt. 25. n. 94.*

## XXI.

Sed quid ſi debitor contra Chirographum vel mutui inſtrumentum à ſe recognitum & confeſſum, excipiat pecuniam in eo promiſſam, non mutuo datam, ſed luſu perditam, & ita inſtrumentum ſimulatè conceptum eſſe: anne huic ludi vel ſimulationis exceptioni ante ſolutionem vel executionem locus erit, ſi inſtrumentum guarentigionatum fuerit? Et locum eſſe ei concludimus modo incontinenti quod opponitur, doceri & probari poſsit.

*Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. n. 120. & part. 4. c. 1. n. 42. cum ſeqq. Matth. de Afflict. deciſ. 283. n. 1. Petr. Frid. Mindan. lib. 2. de mand. jud. c. 74. n. 3. & comprobatur Ordinat. Elector. Saxon. Torgæ promulgata de anno 83. Rauchb. d. quæſt. 25, n. 102.*

## XXII.

Non reprobati, nec in fraudem uſurarum ſunt inſtituti

Montes

Montes, qui dicuntur, Pietatis, quando videl. aliquis prælatus vel homo dives, unus pluresve, aut civitas, donat relinquitve, vel mutuat aliquam quantitatem pecuniæ, vel frumenti, alicui loco, vel Reipubl. ea conditione, ut mutuo detur pauperibus, pignoribus acceptis ut exiguum aliquid ſingulis menſibus ſolvant pro quantitate pecuniæ vel frumenti accepti, & pro tempore quo eam non reſtituerint, itemq; pro victu & ſalario miniſtrorum, qui habent curam cuſtodiendi montem & colligendi.

*Arg. l. id quod pauperib. & l. ad declinandam C. de Epiſc. & Cler. Bald. in l. rogaſti 11. 8. ſi tibi D. ſi cert. petat. Dominic. Sotus lib. 6. de I. & I. quæſt. 1. art. 6. Navar. in tr. de uſur. c. 1. & 14. quæſt. 3. n. 60. & ſeq. Petr. Binsfeldius in c. in civitate 6. extra de uſuris quæſt. 16. Læl. Zecch. de uſur. c. 8 Gregor. Tholoſ. eod. tr. lib. 2. c. 3. n. 16. Carol. Molin. de uſur. q. 74. n. 581. & 583. & ſeq.*

XXIII.

Difficultas hic oritur circa fidejuſſorem an ſi is â debitore quid ſtipulatus fuerit ob periculum fidejuſſionis ſolvendæ: talis ſtipulatio non ſit in fraudem uſurarum facta, promiſſumq; in præmium fideijuſſionis licitè exigere poſſit (a) an etiam creditor licitè uſuras exigat, pecuniam dans ad pompam vel oſtentationem, ejus, qui eam recipit, ut ditior aut potentior appareat? & utramq; quæſtionem affirmativè defendere annitemur. (b)

(a) *l. hoc jure 19 l. Labeo D. de donat. l. ſi remunerandi 6. § maritus 7. in f. D. mandat. Conrard. in 2. tr. de contract. quæſt. 40. concluſ. 4. Dom. Sot. lib. 6. de I. & I. lib. 6. quæſt. column. 6. in fin in v. quapropter placet mihi. Læl. Zecch. de uſur. c. 6. n. 5. Petr. Binsfeld. in c. naviganti, extra de uſur. quæſt. 3. concluſ. 1. Alphonſ. Villag. à Neap. tr. de uſur. quæſt. 23. concl. 4. & 5. ubi alios præter Molin. diſſentient*

*tientem quæſt. 30. n. 247. Valent. Franc. d. fidejuſſ. c. 4. n. 176. cum ſeq. Covar. l. 3. var. reſolut. c. 2. tom. ?. n. 6. Noviſſ. Anton. Hering. d. fidejuſſ. c. 26. n. 119. & ſeqq.*

*(b) l. ſed mihi videtur 3. § fin. cum l. ſæpe 4. D. commod. Læl. Zecch. de uſur. c. 5. n. 5. in fin. Decius in l. 2. n. 3. D. ſi cert. pet. Petr. Binsfeld. in d. c. naviganti quæſt. 6. ubi in initio vide diſſentientes.*

## XXIV.

Anxius autem ſerram contentionis hic Dd. reciprocare videmus, in materia redituum, An emptio annuorum redituum, quibuſdam in locis frequentiſſima, ſit licita & non potius prohibita, propter uſurariam pravitatem, quam in dorſo ſecum gerere quidam contendunt? Verum cum non ſolum de jure Iuſtinianeo & Canonico ſit probata (*a*) & Imperij noviſſimis conſtitutionibus certum modum pretij acceperit (*b*) verum etiam rebus immobilibus accenſeatur. (*c*) quarum emptionem permiſſam eſſe per ſe liquet, hunc contractum minimè uſurarium eſſe, dicimus.

*(a) per text. in l. jubemus 14. § ſanè C. de SS. Eccleſ. l. ſive lege 17. C. de uſur. extravag. regimin. de empt. & vendit. Nov. 160. in pr. & c. 1. Clement monaſterior. de rebus Eccl. non alie. Didac. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. c. 7. Goden. conſil. 80. Vasqui. lib 2. controv. c. 88. n. 31. Mynſ. cent obſ. 79. n. 7. Petr. Binsfeld in c. in civitat. extra de uſur. quæſt. 12. concluſ. 8. Diſſent. Hottom. lib. 2. obſ. 15. Salicet. in authen ad hæc C. de uſur. Guilhelm. Born in tr. de uſur. n 3. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. n. 52. vide elegant. Petr. Mindan. l. 2. de mandat. judic. c. 72. n. 5. vid. etiam Petr. Binsfeld. in c. in civitat. extra, de uſur. quæſt. 12. concluſ. 5. ut quinq; annua pro ſingulis centenis.*

*(b) Ordinat. Imperij de Anno 1548. 1550. ſub tit.* Von Wucherlichen contracten. *Hartman. Piſtor. part. 1. quæſt. 49. Andr.*

*49. Andr. Gail lib. 2. obſerv. 7. n. 15. & obſ. 9. in pr. dict. tr. Coler. d. c. n. 65. VVeſenb. conſil. 50. n. 34. Menoch. conſ. 445. n. 11. v. alij vero ubi ait: magis communiter ſcribere Dd. quod conſtitui poſſit cenſus ad rationem ſex in ſingulis centum in annum. covarr. 3. var. reſolut. c. 9. n. 6. Tiraq; d. retract. conſanguin. gloſ. 6. n. 18.*

*(c) Clem. exivi § cumq; annui reditus extra de V. S. l. jubemus 14. C. de SS. Eccleſ. l. ſi quis inquilinos 112. D. de legat. 1. Petr. Binsfeld. in c. in civitate extra, de uſur. quæſt. 9. v. 22. dictis intelligitur. Carol. Molin. de commer. & uſur. quæſt. 37. n. 273. Gregor. Tholoſ. de uſur. lib. 2. c. 4. n. 15. v. Verum non omnes. Carol. Molin. de uſur. quæſt. 37. n. 273. Ioan. Köppen deciſ. 24. n. 7.*

## XXV.

Sed concludimus quod licitum ſit emere annuum reditum ſive cenſum fructuarium in frumento, vino, oleo, & quod maximam dubitationem habet, etiam in pecunia, *(a)* parumq; referre an ſuper incertis ſive certis fundis & rebus conſtituatur: adeò ut ſola obligatione perſonali conſtitui poſſit, modo venditor talis ſit, cui nec vires ad laborandum, nec induſtria, nec ars ad aliquid acquirendum deſit *(b)*

*(a) Petr. Binsfeld. in cap. in civitat. extra de uſur. quæſt. 14. & 15. concluſ. 2. Carol. Molin. de uſur. quæſt. 2[illegible]. Didac. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. 7. c. 4. n. 16. v. eadem ſervantur: & probatur per alios quos vid. apud Adria. Gylman. in ſupplic. came. Imper. par. 1. Tom. 4. vot. 6. n. 5.*

*(b) C. Apoſtolic. 20. extra, de decim l. creditor 28. D. de reb. cred. And. Gail. lib. 2. controv. 17. n. 13. Carol. Molin. de uſur. n. 22. & ſeqq. Domin. Sot. lib. 6. de Iuſt. & I. quæſt. 5. art. 1. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. c. 7. n. 5. v. ego ſane. Petr. Binsfeld. in d. c. in civitate quæſt. 10. concluſ. 2. & quæſt. 12. concluſ. 2. Diſſ. Andr. Fachin. lib. 2. controv. 4[illegible]. & alij ab ipſo allegati.*

XXVI.

Neq; præterea ex forma, neq; ex intentione uſurarius eſt hic contractus, etiam ad vitam emptoris conſtitutus, ſed juſſus & licitus; adeo ut debitores ad illius obſervantiam obligentur.

*L. jactum retis 12. D. de act. empt. l, neq; emptio 8. § fin. D. de contrah empt. Andr. Gail. lib. 2. pract. obſerv. 8. Gregor. Tholoſ. de uſur. lib. 2. c. 3. n. 15. in fin. Carol. Molin de uſur. quæſt. 72. n. 472. Cop. de fructib. tit. 1. lib. 3. c. 5. Andr. Rauchb. part. 1. quæſt. 20 n. 23. Binsfeld. in d. c. quæſt. 51. concluſ. 2. ubi vidi diſſentientes.*

XXVII.

Illud pugna minori caret, contractum illum eſſe, uſurarium cui in emptione vendition annui cenſus ſive reditus pactum adjicitur, ut venditor teneatur reemere cenſum ad voluntatem emptoris & interim annuam quandam penſionem ei ex pecunia ſolvat (a) ſicuti & pactum improbatur contractui adjectum, ut venditori liceat cenſum redimere intra certum tempus non poſtea. Nam talis conditio tanquam in fraudem appoſita eſt rejicienda, & cenſus ſemper manet redemibilis etiam poſt terminum præſcriptum (b).

*(a) Andr. Gail 2. pract. obſ. 7. n. 14. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. c. 9. Domin. Sot. lib. 6. de I. & I. quæſt. 5. artic. 3. concluſ. 1. Petr. Binsfeld. in d. c. in civitate concluſ. 10. Andr. Rauchb. part. 1. quæſt. 19. n. 16. & ſeq. Conſtit. Caroli V. Imp. de Anno 48. ſub tit.* Von Wücherlichen contracten § Vnd nach dem:

*(b) c. Regimini univerſalis. Eccleſiæ 1. & 2. Martini V. & Calixti III. in Extravag. tit. de empt. vendit. Carol. Molin de commer. & uſuris quæſt. 50. n. 352. Covarr. d. cap. 9. n. 9. Baptiſta Lupus de uſur. & commerc. comment. 2. § 2. n. 69. Petr. Binsfeld. in d. cap. in civitate concluſ. 11. vid. Lel. Zecch. de uſur. cap. 13.*

XXVIII.

XXVIII.

Maxime fraudulosa etiam eſt legitimo uſurarum modo, quando res carius credito ſive ob dilatam ſolutionem venditur, quam numerata pecunia de præſenti, etiamſi venditor aliter non poſſet conſequi pretium, ſolutum pro mercibus nec expenſas colligere in eas factas, niſi vendendo eas pecunia credita, plûs, quâm valerent præſenti. (a) an autem in fraudem uſurarum contractum dicatur, ſi quis rem minoris emerit ob anticipatam ſolutionem (b) num ſi dubium fuerit an res tempore ſolutionis ſit plus vel minus valitura, nec venditor erat eam ante tempus ſolutionis vendíturus, poſſit carius juſto pretio ob dilationem ſolutionis vendi (c) dubia ſunt diſcuſſione non indigna: ſed hoc affirmamus, illud negamus.

*(a) Gregor. Tholoſ. lib. 2. de uſur. cap. 17. Læl. Zecch. de uſur. cap. 12. n. 4. v. ampliatur ut procedat VVeſenb. in paratit. de uſur. n. 15. Petr. Binsfeld. in d. c. in civitate extra, de uſur. quæſt. 3. concluſ. 2. & ſeq.*

*(b) Læl. Zecch. d. cap. 12. n. 8. Navarr. in comm. de uſur. n. 4. Petr. Binsfeld. in d. cap. quæſt. 4. per tot.*

*(c) c. in civitate 6. c. naviganti fin. extra, de uſur. Gregor. Tholoſ. lib. 2. de uſur. c. 16. Læl. Zecch. d. cap. 12. n. 8. v. octavo. colligitur. Domin. Sot. lib. 6. de I. & I. quæſt. 4. art. 2. Covarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 3. n. 6. Petr. Binsfeld. in d. cap. quæſt. 3. concluſ. 9.*

XXIX.

Deniq; contra uſurarios noſtri temporis improbamus pactum, quod pignore accepto tota quaſi die apponunt in inſtrumentis: ut ſi creditum præſtituto & præfinito tempore non refundatur, Domini efficiantur rei pignoratæ, nec teneantur illam mutuario reſtituere; cum ejusmodi pactum fiat in fraudem uſurarum & ſecundum Colerum uſurariam pravitatem redoleat (a) in tantum ut nec indirectè (b) neq; ex intervallo ſeu pòſt facto inrerpoſitum valeat (c).

*(a) l. 1. & l. fin. C. de pactis pignor. & leg. commiſſ. c. ſignificante 7. extra, de uſur. Alphon. Villag. à Neapol. de uſur. quæſt. 21. concluſ. 7. Læl. Zecch. de uſur. cap. 11. n. 4. Carol. Molin. de uſur. quæſt. 52. n. 364. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 5. n. 9. & cap. 10. n. 179. Petr. Heig. ad § fin. Inſtit. quib. mod. re contrahitur obligat. n. 30. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 2. n. 7. & ſeq. Valent. Franc. d. fidejuſſ. c. 4. n. 182.*

*(b) l. argt. l. 15. § 1. Seius & Agerius 27. D. ad l. Falcid. Iaſon. in l. qui Romæ 122. in pr. D. de V. O. n. 25. & 27.*

*(c) l. quamvis 45. D. de ſolution. l. fin. C. de pactis pignor. Mudæus de pactis leg. commiſſ. n. 20. Carol. Molin. de uſur. n. 363. Pinell. in Rubr. C. de reſcind. vendit. part. 2. rubri n. 30. Cuiac. 15. obſerv. 20. Diſſ. Bartol. in d. l. quamvis 45. quem ſequitur Neguzan. de pignorib. parte 4. n. 6. ubi ad excipiendum valere aſſerunt.*

## XXX.

Itemq; ut nec juramento *(a)* nec conſuetudine *(b)* nec renunciatione etiam interveniente *(c)* firmatum robur habere, ut opinamur, ab interpretibus communiter aſſeratur.

*(a) c non eſt obligatorium de R. I. in ſexto c. cum contingat 28. extra, de uſur. l. non erit 5. § ſed ſi quis 3. D. de jure jurando l. non dubium 5. C. de legib. l. ſi quis inquilinos 112. in fin. D. de legat. 1. Alphon. Villag. à Neap. quæſt. 21. n. 10. v. qui ſi juraverit. Neguz. d. part. 4. n. 3. & 4. Molin. de uſur. n. 364.*

*(b) argt. l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. cap. fin. extra, de conſuetud. & ibi gl. in verbo rationabilis. cap. 2. 3. & 4. diſt. 8. Mud. de pactis leg. commiſſ. n. 10. Neguz. d. loc. n. 5.*

*(c) Quia non tantum in favorem debitoris ſed maximè in odium creditoris hæc lex eſt lata. Salicet. ad l. fin.*

C. de

